UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die Schrift

Degering, Hermann

Berlin, 1929

54 Excerpta ex sermonibus Sancti Augustini. Handschrift aus Salzburg. 9. Jahrh. Berlin, Ms. Ham. 53, Bl. 24v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68942

Visual Library

Non eriſ inprudenſ. Statuam te inquid ante faciem tuam
Modo ergo tu fac quiſ quiſ taliſ eſ. quod tibi minatur facere
dnſ. Tolle te a tergo tuo. ubi te uidere non uiſ. diſſimulanſ
a factiſ tuiſ. & conſtitue te ante te. Aſcende tribunal mentiſ
tuę. eſto tibi iudex. torqueat te timor. Erumpat te confeſ
ſio. & dic dō tuo. qm iniquitatem meam ego agnoſco & delic
tum meum ante me eſt ſemper. Quod erat poſt te. fiat
ante te. Ne tu ipſe poſtea a dō iudice. fiaſ ante te. & non ſit
quo fugiaſ te. Carnaliſ delectatio praeſertim uſq; ad
inlicita & aliena progredienſ. frenanda eſt non relaxan
da. Imperio dominanda. non imperio collocanda. Si
uero aliquiſ iam lapſuſ haec audit. & aliquid mali in con
ſcientia tenenſ. uerba pſalmi huiuſ aduertat. adtendat
quidem uulneriſ magnitudinem. ſed non deſperet medici
maieſtatem. Peccatum cum deſperatione. certa morſ.
Nemo ergo dicat. ſi iam aliquid mali feci. iam damnan
duſ ſum. Dſ maliſ talibuſ non ignoſcit. cur non addo pec
cata peccatiſ. Fruar ſaeculo in uoluptate laſciua.